



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. XXXIV. Quo zelo literis suis absentes iuuerit, aliquot exemplis docetur

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

& alijs p̄ripere ipsam sanctitatē, eiusq; directionē & Magisteriū. Eandem curā adhibere oportet in loquendo de his rebus: de ingenijs scil. hominum Societatis, de exacta ratione studiorum, de multis Subiectis, quæ illam ingrediuntur, & eorum dotibus & facultatibus, de insignibus Concionatoribus, de magna ad nos confluentium frequentia, de Prælati ac Dominis nobis addictis; de acceptione bonoq; loco, quem etiam apud plebem habemus; de fructu, quem nostri faciunt in Indijs Orientis & Occidentis &c.

HÆC sunt monita prudentis huius Magistri ad homines huius Societatis, quæ pro tempore, quo illa tradidit, valde fuerunt oportuna, & omnibus sunt semper magni momenti,

## CAPVT XXXIV.

*QVO ZELO LITERIS SVIS AB-*  
*sentes iuuabat, & quantam prudentiam*  
*& efficacitatem in eis ostendebat,*  
*subijciuntur aliqua exempla*  
*valde spiritua-*  
*lia.*



VAMVIS P. Balthassar valde  
esset notus in Castilia, in qua  
plurimos habebat filios spiri-  
tuales, variasq; personas, quæ  
res suas libenter illi communi-  
cabant: non tamen charitatem  
ac Zelum suum angustabat ad

Bb 5

proxi-



proximos praesentes, aut propinquos loco, ipse manebat: sed etiam quando aliquarum curarum animarum susceperat, extendebat se ad eas etiam absentes dirigendas, & adiuuandas, datis ad eas literis, praecipue ex Collegio Salmanticensi, in quibus pluribus ex ijs, quas inuenire potui, sunt datae: in quibus magnam suam prudentiam ac Zelum ostendit, nec minorem efficacitatem, quam si praesens fuisset locutus: loquebatur enim ad eorum consilia, ad quos scribebat, atque si praesens esset, & spirituales eorum necessitates videret. Ita ut sicut Apostolus, dicere posset, *a quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & praesentes in facto* sumus: nam spiritum, quem habebat in verbis, etiam in literis ostendebat; & earum spiritus indicabat, quem haberet in verbis. Et quemadmodum Apostolus, ita & ipse varios ob fines huiusmodi litteras dabat: siue ut ad rectam viam eos deduceret, qui bonis moribus, ad quos eos deduxerat, deuiassent; aut ad eos in feruore pristino conseruandos, aut ad extimulandos torpentes, animandos pusillanimes; consolandos, necessitatibus corporalibus aut spiritualibus afflictos; aut gratulandum eis de prosperis eorum euentis; aut denique ad respondendum dubijs sibi propositis de rebus ad animas spectantibus. Quamuis autem harum litterarum multas viderim: quia tamen prolixum esset, eas omnes hic referre, praeter eas, quae in praecedentibus capitibus sunt posita, solum aliquas reddam valde spirituales, in quibus prodit se excellentis Magisterium, & spiritus huius Sancti viri, ac Zelus in eius pectore ardens, quo cupiebat, omnes esse valde perfectos.

22  
22



## S. I.

**L**APSUS fuerat vir quidam nobilis ab statu  
 virtutis, quem fuerat assecutus: timebatque  
 ac de die in diem tergiuersabatur ad Deum con-  
 uerti: quod cum P. Balthassar intellexisset, com-  
 miseratione eius miseræ motus, hanc ad eum Epi-  
 stolam dedit, sicut Apostolus ad Galathas in si-  
 mili occasione. Nescio, (inquit) quam viam ag-  
 grediar, vt agam cum anima tua; pacis, an pugnae;  
 silentij, an sermonis: omnes enim mihi occlusas  
 video, non gramine, quod recreat; sed ve-  
 ribus & spinis, quæ necessariò lædunt, & cruen-  
 tant pedes ingredientium. Quid faciam, quo vtar  
 consilio? eligo nihilominus, infirmitatem meam  
 proderè: sic enim, & mihi leuamen, & tibi aliquã  
 afferam compalsionem. Per Iesu Christi sangui-  
 nem peto, vt oculos aperias, tuique cordis duri-  
 tiem aduertas, eiusque continuatam ad eò resi-  
 stentiam Vocationi diuinæ. Noli te defendere ab  
 eo, qui non quærit tuam mortem. Attende ietus,  
 imò & flagella, quæ à potente eius manu sustines.  
 Quomodo te illa non emolliunt? effodias pro-  
 fundiùs, donec haurias aquas, si verba sua non au-  
 dientes detestatur; qui eius flagella intelligere  
 nolunt, quârùm ei adferrent horrorem? infortu-  
 nium hoc omne mihi solatium auferet omnibus  
 diebus vitæ meæ; bolus hic coget me apud altissi-  
 mi tribunal clamare: ingratitude hæc est, & inur-  
 banitas ab omni generoso animo aliena. nam qui  
 generosi sunt, grati etiam esse solent; a *quis te fa-* „ a Gal. 3. 1.  
*scinuit: frater, non obedire veritati, ambulabas be-* „  
*nè, b currebas benè: quis te impediuit, veritati non* „ b Cap. 5. 7.  
*obedire? quando, quæso, Diabolus sanguinem suū* „  
 ia tui



„ in tui gratiam effudit: vt tantum amorem in eum  
 „ conceperis? si, cui omnia debentur, sic iniuria,  
 „ cum aliquid ei subtrahitur: quid erit si nihil  
 „ reddatur? quid si omnibus ab ipso acceptis, qui  
 „ abutatur? quid si ex ipsiusmet Dei beneficijs te-  
 „ lam quis contra eum texat? intellige iam illum  
 „ fugias, ne obdurefcas; ne liges, aut abbrevies me-  
 „ num Omnipotentis: qui plus te diligit erubescen-  
 „ tem, & ad pedes suos prostratum; quam obtinere  
 „ tum, & ipsum fugientem. Quod si tibi adeo  
 „ malè gerenti, toties ipse occurrit; & si eum hor-  
 „ rens, internum tamen habes testimonium, quod ut  
 „ dilexerit, pacemque sponte obtulerit; si ipse la-  
 „ sus, & iniurijs affectus, ad te accessit, teque ad  
 „ amplexatus: cur te nunc contrahis? num quod  
 „ existimes: tibi accedenti portam ipsum occultu-  
 „ rum? noli, obsecro, hac noua iniuria illum affice-  
 „ re: quod per oculos, quos in facie habes, ob-  
 „ stor. Scio te eum non esse quem suorum confite-  
 „ rum, animique decretorum poeniteat; nec hor-  
 „ reat, quod valde desiderauit, cum videt, se illud  
 „ obtinuisse. Non ita est, non ita est. aut fortè cogi-  
 „ tas, aliud nunc tempus esse, quàm cum amares. cum  
 „ mutatus es? at Deus noster semper idem est: *Deus & non mutor.* Huiusrei Fidem habes, & in-  
 „ stantiæ interioris, qua te vocabat, cum tu eum de-  
 „ testareris; necessariò igitur credere debes: si tu fe-  
 „ ceris, quod ille iubet: facturum ipsum, quod pro-  
 „ mittit; admittas ergo, idque tibi persuadeas: con-  
 „ patiaris mihi si non vis tui ipsius comisereri; do-  
 „ leas quod prauis tuis actionibus, multos scan-  
 „ dalizes & crucifigas; concipias tandem ex iniquita-  
 „ te nauseam; horreas cibum, qui comedentem oc-  
 „ cidit.



cidit. Quando tandem, toties peccando saturabe-  
 ris? non valde citò Deum agnoueris, non nimis  
 citò vitâ fungeris; nec malè feceris, cùm non fue-  
 ris recollectior eo, qui dicebat: *sero te cognoui Bo-*  
*nitas infinita!* absque solatio gemes, si attendas  
 quot annorum, quot opportunitatum iacturam  
 feceris; & quot occasiones tibi euanuerint, & ve-  
 lut in sordes sint commutatae: ego fidei iussor tuus  
 ero, ego poenitentiam pro tuis peccatis agam, ea-  
 que flere iuuabo. Venias huc: offero enim tibi Dei  
 misericordiam in eius nomine: requiesce per pau-  
 cos dies; recipias te ad locum sacrum & tutum:  
 qui & animam, & corpus tuum tucbitur; & præ-  
 delictijs, & auctoritate à quibus raptaris meliora  
 largietur. Et quoniam verba mihi desunt ad con-  
 tinuum, quem in anima mea sentio, dolorem, ex-  
 plicandum, hic finio; & tu quoque finem impone  
 Martyrio, quo me afficis. O si Deus oculos tibi a-  
 periret, vt & te videres, & me: credo non haberes  
 cor ad tantum malum studinendum. Deus tibi sit  
 lux & fortitudo, vt vtramque hanc abyssum per-  
 spicere possis. Amen.

QVAE imago magis ad viuum expressa esse  
 potest operarij alicuius Euangelici zelâtis ac stri-  
 ctis tanquam alterius Apostoli Pauli salutem ani-  
 marum, quàm hæc sit Epistola? quænam mater  
 maiorem sensum de perduto filio ostendere po-  
 test, quàm magnus hic vir ostendit ob vnus ani-  
 mæ iacturam? quæ indicia magis aperta esse pos-  
 sunt, accensi erga proximos amoris? quis dolor  
 adeò cõtinuus, quæ lacrymæ, qui clamores, & quis  
 adeò liberalis animus, vt aliena mala tanquã adeò  
 propria suscipiat? verè Dei amor calamum sui  
 huius



huius serui mouebat; cœlestemque eloquentiam suã largiebatur, ad expugnãdũ cor ad eò indurãtũ.

IN simili alia occasione scripsit ad quandã aliam personam, eodem quo superiores spiritus his verbis.

*Salmanti-* „ ACCEPI tuas literas valde aulicas, & optat  
*603. Jan.* „ sem sanctiores. Si quam ego terribilem in mea vita  
 1576. „ noui, tu es talis Quando tandem desines cum Spi-  
 „ ritu sancto contendere? at qui certò scias, graui-  
 „ ter ipsum duriterque tecum acturum. adeone ama-  
 „ bile est peccatum ut eius causa deferere velis Dei  
 „ delicias & fauorem; teque ipsam eius inimicitia in-  
 „ dignationi subijcere? triste certè ac descendũ am-  
 „ plexa es consiliũ, quod teneram mihi compassio-  
 „ nem attulit: nam cum Deus constituerit, ut omni-  
 „ inordinatus animus, sibi ipsi sit poena; eaque sit ex-  
 „ secutioni mandanda: necesse erit eas sustinere  
 „ quas venenũ adferet, quod nunc hauris, quia dul-  
 „ ce sapit: angustias sc. quæ viscera tua grauiter tor-  
 „ quebunt; tentatoris verò recreabunt (ut ex hoc cru-  
 „ us, quem promereris, cruciatus crescat) triũphan-  
 „ tis de victoria suã prædæ, & iridentis celerita-  
 „ tẽ, ad laqueum suum, & ad proprium nocentia  
 „ currentis: tunc experieris quid amiseris, & quid  
 „ lucrata fueris, cum ignominiosè ad eò te illi dedi-  
 „ deris. Quod si hæc inferni species & umbra suffi-  
 „ ciet, ut in te ipsam reuertaris, sicut iuuenis ille Eu-  
 „ angelicus fame vexatus & infamia, ut pulchritu-  
 „ dinem domũs Dei diligas, & magnam eius abun-  
 „ dantiam, ita ut crepare potiùs eligas, quàm ab ea  
 „ recedere: occurram & ego tibi, quemadmodum  
 „ Pater illius fecit. Quod si cogitas, me ita suspẽde-  
 „ re, vitam sicut hætenus ducendo: tuam retege de-  
 „ ceptio



ceptionem: non enim ego temporis mei iacturam  
facere volo, sicut tu facis, moriens quotidie sine  
vlla, aut parua spe fructus. Deuste alliciat tra-  
harque, vt potest. Amen. Has scribo quartanæ Pa-  
roxissimum expectans, vt tibi persuadeas me tui  
non esse oblitum.

SATIIS se prodit Sancti huius viri charitas, si-  
quidem humor ille Quartanæ Febris qui vel dum  
incipit se mouere, ad eò solet cor affligere non tã-  
tũ potuit, vt ipse ouis perditæ curã deponeret; sed  
arrepto calamo sententias ad eò efficaces scripse-  
rit, ad eam Christi Domini gregi restituendam;  
morbi enim non faciunt huiusmodi viros, negli-  
gentes, sed compatiens, nam etiam proprij cor-  
poris comoditatem deponunt, & calcant, prepter  
spirituale proximi bonum, vt supra est dictum.

## §. II.

ALTERI cuidam Dominæ valde Nobili *Salmaticæ*  
(quæ à tenera ætate mundo renunciã am- *1. Aug. 174.*  
plexã fuerat Institutum Monialium Carmelitarũ *D. Casilda.*  
Discalceatarum) scripsit, docens viam & ratio-  
nem fructum capiendi, multumque proficiendi in  
eo statu.

CVM sæculum deserueris; abieceris procul-  
dubio affectus eius, ac desideria, amoremque eius ti-  
tulum, ac honorum; & conuerteris ad eos, qui  
sunt in domo Dei, tanquam eius iam domestica,  
qui splendidiore sunt, ac iucundiores illis. Quã-  
obrem nec *nobilem*, nec *magnam* cõpellabo, si qui  
de studes parua esse in oculis tuis; nec *Reuerentiã*:  
quia, si apertos illos habes: aduertes, contemp-  
potius



„ potius tibi deberi: sed *Fœlicem* dicam, quæ talis  
 „ existens, gratiam inueneris in oculis Dei altissi-  
 „ mi, qui te ad tuas delicias, dulceq; solatium elegit  
 „ tanto oblato fauore, vt non possis de eo dubitare,  
 „ educēs te à sæculi strepitu, & occupationibus, quæ  
 „ te diuississent, & à dulcissima cū eo familiaritate  
 „ separassent, ne posses ea continuò gaudere: idēq;  
 „ adeo in conspectu totius mundi, vt plenus ille sit  
 „ testibus excelsi huius beneficij. Superest igitur, vt  
 „ cū sis à multis occupationibus expedita, causam  
 „ & finem eius benè intelligas; desq; operam, te  
 „ gratia hæc in anima tua sit otiosa. Quod si querat,  
 „ in quo debeas maximè eminere? dico: in te valde,  
 „ valde, valde humiliando. Ne existimes, te aliquid  
 „ proficere: nisi te omnium minimam reputer: nihil  
 „ enim honorabilius est in creatura, Christum D. N.  
 „ agnoscente; quàm quòd eidem sit in re aliqua fi-  
 „ milis. Et vix aliam inuenies, in qua magis ille sibi  
 „ complaceat; aut magis referat remanentes  
 „ præcedentis amplitudinis tuæ odores; aut  
 „ magis nunc tibi expediat, quàm hæc: ideo-  
 „ que Christus D. N. qui, quæ Deus est, no-  
 „ stram nouit imbecillitatem, viasq; nostræ per-  
 „ ditionis, & aptissima eius remedia valde seriò (vt  
 „ S. August. aduertit) commendauit, vt disceremus  
 „ ab ipso, quòd *humilis esset corde*. Humilitas in ver-  
 „ bis ac ceteremonijs seu moribus, quibus mundus de-  
 „ cipitur, facilè obtinetur: at cordis, quæ Deo pla-  
 „ cet, tardiùs & magna adhibita cura. Cum igitur  
 „ Religionem sis ingressa, vt studeas illi placere:  
 „ certò tibi persuadeas, tunc temaxime placitu-  
 „ ram, cū omni tuo conatu contenderis precio-  
 „ sam hanc margaritam comparare: nec ego de-  
 „ sistam



sstam te iuuare, donec illam obtineas. Non  
 plura cum sermonem de Creatore habenti, graue  
 sit de creaturis loqui. Hæc prudens hic vir scri-  
 psit, benè conscius, quòd nobiles, & illustres hu-  
 ius mundi, cum statum religiosum amplectuntur,  
 nisi singularis excellentiæ cupiditatem frenent,  
 non possint in statu perfectionis, quam profiten-  
 tur, proficere, cuius fundamentum est cordis hu-  
 militas. Sed quoniam etiam ij, qui orationi in-  
 cumbunt, faciliè hæsitant ob ariditates, & distra-  
 ctiones, & ob nimias solatiorum anxietates, hanc  
 illorum nimietatem, magna cum prudentia cor-  
 rexit scribens ad grauem quendam Religiosum  
 in hunc modum. Pax Dei, quæ omnem exsupe-  
 rat sensum, sit cum V. R. quæ pondus est & tran-  
 quillitas, quam Deus ventis imponit exsurgen-  
 tibus in Iustos, descendentes cum Christo in  
 mare; & nunc, etiam in tuo corde agitantur;  
 sed non te deseret idem Dominus, qui fecit pon-  
 dus ventis. Non vellem videre te profectus tui,  
 & spiritualium internorum sensuum adeò cupi-  
 dum, vt ex eorum desiderio turbari te patiaris;  
 pacisq; & internæ quietis iacturam facias; scri-  
 ptum est enim: depone concupiscentiam, & in-  
 uenies requiem. Pone finem desiderijs, nisi velis  
 torqueri. Quod nisi feceris, ipsamet desideria  
 tui erunt carnifices; & instrumenta, quibus Dæ-  
 mon plures tibi adferet turbationes, & molestias,  
 quàm sint in aère atomi: Renunciaisti sæculo? de-  
 sere omnino: Abiecisti res temporales? abijce  
 & earum cupiditatem: ingressus es militiam  
 Christi? ad conflictum, & pugnam te prepara: &  
 a proposito tibi gaudio, sustine crucem, confusione  
 C c contem-

Salmanti-  
 ca 28. Ian.  
 1574. Ad  
 P. F. Ioan-  
 nem Ca-  
 strium,  
 Ordinis S.  
 Augusti-  
 ni, Eldana  
 manenti.

a He 12.2



„ contempta. Cupis proficere, tuæque Orationi be-  
 „ nè attendere, vt placeas Deo? permittas, te ab eo  
 „ gubernari: & incipias amorem, quem erga illum  
 „ habes, in eo ostendere, quod sis contentus & pa-  
 „ catus, quocunque modo & via voluerit ille te do-  
 „ cere; & cum eo quod ille dare voluerit, modicum  
 „ aut multum, aut nihil. Et crede certò, te magis illi  
 „ placiturum, si gaudeas & tranquillus sis cum tua  
 „ paupertate, quam diu ille te non eduxerit ex ea  
 „ quàm si obtineres imaginariam tuam celsitatem.  
 „ Satis hæcenus eo modo seruiisti Deo, qui tibi  
 „ placuit: incipias iam eidem vel vnico die seruire,  
 „ quomodo ipse cupit. Estne aliquis, qui velit miti  
 „ grauitò seruire? dicit libellus, qui inscribitur Co-  
 „ temptus Mundi: & ipse Deus per Malachiam, cum  
 „ quodam sensu, quod hunc defectum in suis domo-  
 „ sticis animaduertent, dixit: *b quis est in vobis, qui*  
 „ *claudat ostia, & incendat altare meum gratiis?* ne  
 „ internam morum reformationem negligas; nec  
 „ Magistrum ipsum internum, qui sensum ingerit,  
 „ quid sequendum, quid fugiendum, & quid etiam  
 „ tolerandum sit. Obedias exactè; esto vniuersum  
 „ abnegationis propriæ voluntatis amator: com-  
 „ mittas verò ipsi Deo proprium tuum profectum,  
 „ vt pro libitu suo internum tibi sensum aut mitras,  
 „ aut subtrahat: hoc enim solo nunc opus habes:  
 „ nec verearis, præsentis defectus non spontaneos,  
 „ fore impedimento: siquidem præteriti, cum essent  
 „ maiores, non impediuerunt, quò minus ad bo-  
 „ num, quod nunc habes, perducereris.  
 „ ALTERVM verò illud quod te reddit in-  
 „ quietum, dico esse manifestam hostis tentatio-  
 „ nem: quòd cupias mutare locum, quem habes  
 „ ab O-

b Malach.  
 10.



ab Obedientia tibi assignatum: donec ab eadem alius constituatur. Reuoces tibi in memoriam, quid Angelus dixerit S. Ioseph, cum Dei nomine iuberet, eum *c accipere puerum & matrem eius, & fugere in Aegyptum*: addidit enim; *13. & esto ibi usque dum dicam tibi*: quod ille exactè præstitit, manens ibi donec idem Angelus iussit redire in terram Israël. Esto ergo quietus; & solacium tuum habeas cum Iesu & Maria, quibus nec tu es melior, neque Eldanenses sunt peiores Aegyptijs. Et adhuc apertiùs se prodit tentationis inordinatio, quam ostendit labor discurrendi per pagos, per vicus, & Castella, cui Exercitio Christus Dominus noster dedit initium. Ne existimes parui tibi constitutum fructum animarum, qui constitit Christo proprium sanguinem: nec potes maius aliquid præstare, quàm quòd tibi ipsi moriaris: nam grano mortuo pro-mittitur mediocris aut multus fructus. Et ideò, qui profitemur seruire Christo, exiguum, aut nullum ex laboribus nostris fructum percipimus, quia nec mundo, nec nobis ipsis mortui sumus.

HÆC P. Balthassar valde oportunè scripsit pro ijs, qui & orationi, & iuuandis animabus se tradunt: paucis enim verbis docet eos præcipua puncta, ad proficiendum in utroque capite.

ALIAS quoque literas dedit valde spirituales ad quendam Societatis Patrem, conquerentem de ariditate, & varietate cogitationum, quibus in Oratione impediabatur. sic autem dicit.

Cc 2

NE SCIO



Metina. 21. „ NESCIO cur de ariditate conqueraris, quam  
 Iulij 1567. „ non ostendis in tuis verbis, sed fertilitatem & fec-  
 ad P. Ioã. „ cunditatem magnam: quam si Dominus noster  
 Secium. „ abscondit, non tamen eam subtrahit; sed occasio-  
 „ nem & periculum eam amittendi. Ad puncta po-  
 „ tuiffem non respondere, cum apud te habeas tuum  
 „ Moysem, cui Dominus noster tam multa loqui-  
 „ tur, & quidem non belli aut pugnae, sed pacis, sibi  
 „ & multis alijs, quasi vni illorum, de quibus Da-  
 „ uid: *Suscipiant montes pacem populo*. Sit benedi-  
 „ ctus, qui aded te dicit. Sed quoniam id cupis di-  
 „ cam pro tuo solatio, quod mihi occurrit, etiam  
 „ eo non opus habeas.

„ AD primum, quod est maximè molestum, pu-  
 „ gnam scilicet variarum cogitationum, dico: in-  
 „ ternam amaritudinem ex eis prouenientem, omni-  
 „ posse ex parua cum voluntate Dei confirmare, &  
 „ cuius manu, & pugna, & pax debent patienter, &  
 „ cum gratiarum actione suscipi: & ubi amor cre-  
 „ cis locum habet, libentiùs pugna accipitur. Con-  
 „ feret etiam quod Parisiensis Doctor dixit: facien-  
 „ tem in hac pugna, quod debet, maius habere me-  
 „ ritum; quam si iuxta suum palatum se cum Deo  
 „ oblectaret. Accipias pro Excitatorio, & stimulo  
 „ conuertendi te ad diuinam Maieftatem id ipsum,  
 „ quod nos inuadit, & conatur ab eo separare; cum  
 „ quibusdam amorosis & dulcibus querelis dicens  
 „ d Psal. 43. „ *Cur obliuisceris inopia nostra, & tribulationis no-*  
 „ 24. „ *strae? e usq; quo Domine obliuisceris me in finibus*  
 „ c Psal. 12. 1. „ *usque quo auertis faciem tuam à me? quam diu po-*  
 „ nam consilia in anima mea dolorem in corde meo per-  
 „ diem? Memineris, deprauatam nostram naturam  
 „ multis occasionibus & stimulis indigere, quibus  
 „ impela



impellatur ad conuersionem ad Deum suum; & tenerrimorum viscerum diuine Maiestatis, quibus illos mittit, aut permittit, vt nos ad suas portas contineat, multiplicans huiusmodi pulsus & clamores non in anno semel, aut in mense, aut in die; sed omnibus vitæ momentis. quod si hoc Exercitium progrediatur, vt oportet: ambulabis in præsentia Domini, quem desideras, licet non tuo modo, sed ipsius Domini: quod si ipse Dominus, non verò tuum solatium in causa est, vt eius diuinam præsentiam optes: quidquid ipse constituerit boni consulens, & optimum reputabis. Hæc ipsa præsentia adiuuabitur, si non neglexeris, quo ad fieri poterit, aliquid eorum, quæ præscripserit Obedientia; nec te mortificare prætermiseris: neque enim absque aliquo horrore crucem aspiciamus, nisi propter ipsum Deum: & quoniam sensum & dolorem, quem illa adfert, nulla re alia melius temperatur, quàm eiusdem memoriâ: si studium te mortificandi esset continuum, ipsemet amor propius ad hanc memoriam extimulabit, tanquam vulneris remedium, quod mortificatio in tua anima efficiet. Et pro animabus dolatione & expolitione indigentibus, optimus modus, meo iudicio, est, ambulare in præsentia Dei: acquiritur enim sine magna difficultate, ita vt etiam rudiores intelligere illud possint: id quod curandum nobis est in omnibus virtutis exercitijs, vt factibilia esse ostendantur: eius verò fructum copiosum experietur breui anima, quæ modo illo vtetur. quod totum intelligo, nisi Dominus noster peculiare alios modos maioris emolumenti tibi ostenderit: tunc enim audiens eius vocem, non deberes cor tuum obdu-



obdurare. Sed quādiu De<sup>o</sup> humanis industrijs dat  
locū, bonū consiliū est illas arripere, quæ maiori  
celeritate ipsa ligna, cortices, & radices, disturbat  
quæ quisq; in se sentit. Et sic respōsum est ad vitio-  
que punctū insinuatū: pro Oratione q̄ cupis, vide-  
ris benè tetigisse punctū, vt sc. importunè iustes  
pud Dominū, vt eā doceat; & nisi destiteris, ex tē-  
pore obtinebis, q̄ optas: est enim donū Dei, quod  
humilibus datur. §. III.

**S**ED quoniā aliqui, dū humilitatē sectātur, in-  
cidunt in pusillanimitatem, subiiciā hic alia  
Epistolā ad aliū P. Societatis, qui ad ipsum P. Bal-  
thassarē scripserat, se valde abiecto esse animo ob  
suos proprios defectus: quorū causa existimabat  
Deū procul à se recedere: quāvis subiicit, se non  
posse sibi persuadere, q̄ se Deus tā diu subtraheret,  
anxiè ipsum quærenti: quod eū non amaret; sed vt  
sic ille imbecillitatē suā agnosceret; aut vt eius fe-  
delitas verè probaretur. Ex quibus vltimis verbis  
occasionē accepit P. Balthas. ad hęc illi scribēda.

O quāum fuerunt mihi grata dulciāq; illa verba,  
cū omni sua deductione! Cū illud audiui, intra  
me ipsū dicebā: adhuc qui hoc habet, solatiū ha-  
bet; & qui talē gloriā dat Deo, solidū quid habet in  
eo, q̄ offert. Apud me certū est, Deū esse tecū, & eo  
placere sibi in tuis obsequijs; & cum ijs omnibus,  
qui veteri vita deposita, nouam amplectuntur, quod  
est secundū diuini spiritus veritatē, eo modo quo  
possunt: etiā si mille imbecillitates, & plures er-  
rores, quā sunt capilli, admisceantur: Verum est  
quidē, non oēs hoc agnoscere: ideoq; aliud est, il-  
lud sentire; aliud, habere: distantq; hęc à se imi-  
cem, sicut Coelū à terra. De duobus illis discipulis  
iā lapsis in die Resurrectionis euntib; in Emaus

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.

S. L. 1. 1. 1.



S. Lucas, quod ibant cū Christo D. N. & quod *oculi* <sup>cc</sup>  
*eorū tenebantur, ne eū agnoscerent.* Ibat Christus cū <sup>cc</sup>  
 illis, & tamen sine eodē se esse existimabant: & sic <sup>cc</sup>  
 ambulantes ad locū peruenerunt, vbi deceptio est <sup>cc</sup>  
 relecta. Sed & illi, & reliqui oēs eis similes in ipsa <sup>cc</sup>  
 via experiūtur eius præsentiæ, & locutionis indi- <sup>cc</sup>  
 cia, si attentè obseruent, quid interiùs in ipsis aga- <sup>cc</sup>  
 tur: in ardoribus cordis, in Sacrarū scripturarum <sup>cc</sup>  
 intelligētia, & in monitis suæ reformationis. Dic <sup>cc</sup>  
 igitur mihi, in quo differat ab hac gratiā illa, quā <sup>cc</sup>  
 in tuo corde sentis, & alij similes sentiūt, cū su- <sup>cc</sup>  
 per te, & illos fluunt interna monita rerū omniū, <sup>cc</sup>  
 quæ sunt faciendæ, etiā minutissimarū; & repre- <sup>cc</sup>  
 heensionū, cū vel ad vnū capillū receditur ab e- <sup>cc</sup>  
 ius interiori instructione: quib. monitis veluti di- <sup>cc</sup>  
 gito quodā indicātur, quæ sint sequenda, quæ to- <sup>cc</sup>  
 lerāda, quæ fugiēda, & quibus resistendū? & super <sup>cc</sup>  
 oēs has curas, & labores grauissimè ferunt inter- <sup>cc</sup>  
 nū sensum, ex eo q̄ neq; ipsi seruiāt Deo, nec alios <sup>cc</sup>  
 seruire videant, prout ipsi dignū ipsū esse, & sete- <sup>cc</sup>  
 neri intelligūt. nū ille dolor nō est inflāmatio que- <sup>cc</sup>  
 dā omnino est. Si igitur ignis nō adest, quis illā ef- <sup>cc</sup>  
 ficiet? quod si non est ab ipso Deo, quomodo in eius <sup>cc</sup>  
 amorē inflāmat? hæc illa est facultas, in qua a *qui* <sup>cc</sup> a *Ecc. 1.*  
*addit scientiā, addit & dolorē;* & hæc tribulatio, quā <sup>cc</sup> 18.  
 sentiunt oēs, qui verè, ac serio Deo seruiūt; efficit- <sup>cc</sup>  
 que vt dies cū noctib. iungant clamantes ad ipsum. <sup>cc</sup>  
 Quidā dixit, & oēs experiuntur: b *tribulationē &* <sup>cc</sup> b *Psa. 114.*  
*dolorē inueni, & nomen Domini inuocaui.* In qua non <sup>cc</sup> 4.  
 illos deserit, ait enim: c *cū ipso sum in tribulatione;* <sup>cc</sup> c *Pal. 99.*  
 sed potius illos comitatur, confortans & susten- <sup>cc</sup> 15.  
 tans eos inuisibiliter, ne pondere pressi, incur- <sup>cc</sup>  
 ventur: & experientia illos docet: tā diu se con- <sup>cc</sup>  
 sistere, nec amplius, quàm ipse illos sustentet. Stāt <sup>cc</sup>  
 igitur



- igitur: quia ipse illos stantes tenet, iuxta illud S.  
**1. Pe. 1. 5.** Petri Apostoli: d *Qui in virtute Dei custodimus*  
 eosdē etiā impellit ad clamandū in tribulatione,  
 ut auxilio ipsius emergant, & proficiant: Deus ve-  
 rō inuocatus honoretur, non deserētibus ipsis  
 suā ob Martyriū, in quo gemunt, vt S. August. per  
**e Psa 49.** pēdit, cū explicat illud Psalmi: *e inuoca me in die*  
**15.** *tribulationis, eruā te, & honorificabis me* Antiqui  
 lo mundi Spiritu, quē antea habebant, in eundē  
 mundū, & quidquid in eo splendebat, propenda-  
 bant; recenti autē, quem nunc experiuntur, senti-  
 unt, se ad Deū inclinari, & affliguntur eō quod nō  
 possint eidē, iuxta votum suū, placere. Vnde ig-  
 tur hęc mutatio illis prouenit, nisi à nouo Spiritu  
 qui in eos venit? In quorū corde hoc facit Spiritus  
 Domini, quod in corde ipsiusmet Dei: quod incli-  
 nat ad se ipsum. Spiritus hic est Sāctus ille, de quo  
**f Rom. 5. 5.** Apostolus: *f charitas Dei diffusa est in cordibus no-*  
**g 1. Ioā. 4.** *stris per Spiritū S. qui datus est nobis; & S. Ioannis*  
**13.** *g in hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus & ipse*  
*in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Scruas-*  
*te, in hac gratia cum humilitate admittentē,*  
*nullū subesse periculum sed placitum te Deo*  
**h 1. Pet. 1.** *id feceris iuxta verbum S. Petri: h sperate in eam*  
**13.** *qua offertur vobis gratiam, in reuelationē Iesu Chri-*  
*sti. Ac duplicatum te lucrum reportaturum in co-*  
*sequio diuino, per hanc fiducię viam quam per in-*  
*credulitatem, quam hactenus tenuisti. In quo si-*  
*pore ausim dicere aptari tibi potuisse reprehē-*  
*nē illam, qua Christus D. N. duos discipulos eun-*  
**i Luc. 24.** *tes in Emaus increpauit, cū dixit: i O stulti*  
**25.** *tardi corde ad credendū. Et quoniā in vltimis tra-*  
*ctatibus scripturarum literarum verbis incipiebas viā aperire filia-*  
*rum scripturarū diuinarum, & veritati promissionum*



Dei; vehemeter sum ex eis exhilaratus. Deuste cō-  
 soletur; sicut ego cōsolationē habeo de via tua; &  
 ipse Dominus etiam gaudet, vt gaudium sit plenū  
 sicut est in ipso, iuxta illud: *hæc locutus sum vo-* *k Ioan. 15. 11.*  
*bis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium ve-*  
*strum impleatur.* Gaudium plenum vult Deus in  
 seruis suis: hæc enim vis est illa, qua curritur per  
 viam mandatorum eius. Ne autem suspectam rem  
 habeas, quasi tantus fauor, ac delicia, à gradu, &  
 sorte tua sint alienæ: legas S. Augustinum in hunc  
 locum. Et ne mearum necessitatum obliuiscaris:  
 nam ego tuarum sum valdè memor. Nec plura:  
 quàm quòd fuerim valdè prolixus erga eum, cum  
 quo Deus tam diu colloquitur. ille sit in anima  
 tua, torusque eius amor. Amen.

CAPVT XXXV.

FACTVS EST RECTOR COL-  
 legij Villa-Garciensis, vbi plurimum vi-  
 uit D. Magdalenam Vllloiam eius Fun-  
 datricem ad grandia illa, qua in  
 Dei obsequium fecit.



BSOLVTO triennio sui of-  
 ficij Salu- tica circa finem an-  
 ni 176. c. itutus est P. Baltha-  
 far ex vrbe Rector Collegij ANNO  
 Villa-garciensis, & Magister 1577.  
 Nouitioru, qui eò commigra-  
 bant: eò quòd videretur locus  
 illis commodior: & quia Domus Metinensis non  
 capiebat omnes; & quia in Prouinca aded ampla,  
 atque est hæc Castellana, opus erat duabus domi-  
 bus

CC 5 bus